



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Augustini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



FESTUM S AUGUSTINI.

THESIS I. *Sicut tenebræ ejus, ita* *Conversio.*
& lumen ejus. Pl. 138. v. 12. S.
 Augustinus opponitur Augustino: I. *Doctor* sapientissimus *Hæretico* doctif-
 simo. II. *Pœnitens* illustrissimus *Pec-*
carori famosissimo. III. *Amans* sacer
 & sanctus *Amanti* profano. *Vivien.*
Tertull. Prædic.

THESIS II. *Doctrinâ suâ noscetur*
Vir. Prov. 12. v. 8. Sunt Doctorum
 quidam I. Qui lucent, & ardent. II.
 Quidam, qui lucent, & non ardent.
 III. Quidam, qui ardent, & non lucent.
 IV. Quidam, qui nec lucent, nec ar-
 dent. *Hugo Card. in c. 10. Apoc.*

THESIS III. *Spiritus scientiæ Scientiæ,*
& pietatis . . replebit eum. Isai. 11. v. 2.
 I. *Scientia Sanctorum* facit humiles, cre-
 dulos, sanctos. II. *Scientia Mundi* fa-
 cit superbos, incredulos, hæreticos.

THE-

Stella.

THESIS IV. *Stella enim à Stella differt in claritate.* I. Cor. 15. v. 41. Sanctus Augustinus quasi Stella I. Fulget Luce doctrine. II. Fulget Luce Vitæ sanctæ. III. Fulget Luce Amoris Dei. P. Schedelich. p. 4. Exhort. fol. 182.

THESIS V. *Vulnerasti cor meum.* Cant. 4. v. 9. Cor Augustini vulneratum Sagitta duplici. I. Timoris. II. Et Amoris. Dirking in Exhort. fol. 161.

Testamentum.

THESIS VI. *Hereditas mea proclara est.* Ps. 15. v. 6. S. Augustinus discedendo ex hoc mundo nobis relinquit, quod Christus ascendendo in cælum nobis reliquit. I. Filius Dei nobis reliquit suum Spiritum in Evangelio. II. Suum Corpus in Tabernaculo. III. Suam Legem in Ecclesia. S. Augustinus similes Reliquias sui Spiritus, sui Corporis, & suæ Regulæ relinquit. I. Sui Spiritus in suis Scripturis. II. Sui Corporis in Altari. III. Suæ Regulæ in Ordine suo. Durand.